Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



late deo omnis tra seruite dno
in letitia Illa Sedin luca
In illo tpe Cu factus esset
ihs annorum duodecim ascen
dentibus illis in hierosolima
secundum consuetudinem diei festi
Consumatis quibusdam cum
redirent remansit puer
ihs in hierusalem et non cognouerunt
parentes eius existimantes
autem illum esse in comitatu
venerunt iter diei et requi
rebant eum inter cognatos
et notos et non inuenientes
regressi sunt in hierusalem requi
rentes eum Et factum est post
triduum inuenerunt illum
in templo sedentem in medio
doctorum audientem illos et
interrogantem eos Stupe
bant autem omnes qui eum au
diebant super prudentia et
responsis eius Et uidentes
admirati sunt Et dixit
mater eius ad illum fili quid
fecisti nobis sic Ecce pater tuus
et ego dolentes quere
bamus te Et ait ad illos
Quid est quod me querebatis
nesciebatis quia in his
quæ patris mei sunt oportet
me esse Et ipsi non intellexe
runt uerbum quod locutus est
ad illos Et descendit cum
illis et uenit nazareth
et erat subditus illis Et
mater eius conseruabat omnia
uerba hæc conferens in cor
de suo Et ihs proficiebat
sapientia et etate et gratia a
pud deum et homines Offi
Iubilate deo omnis tra iubi
late deo omnis tra seruite
dno in letitia introite in conspec
tu eius in exultatione quia dns
ipse est deus Secret Obla
ti quesumus tibi dne sacrificium
munificet nos semper et
illuminet pro Com Si
bi quid fecisti nobis sic ego et
pater tuus dolentes querebamus
te et quid est quod me querebatis an
nesciebatis quia in his quæ patris
mei sunt oportet me esse Postcom
Supplices te rogamus
omnipotens deus ut quos tuis